

querentibus ignorantia, quae mater eorum est, nocere minime
possis. Illud namque ad fraudis deceptionum pertinet, hoc autem
ad veritatis cognitionem. Ille autem quo pacto adversus patrum
sanctiones repugnare auseris, qui non aliquis veterum vel crimen
cuiquam praesuli inferre praesumo, sed veritatem, quam in sacris
voluaminibus didici, percontantibus silentio legere nefas estimo,
praesertim cum psalmographus dicat ad Deum: Veritatem tuam
non abscondi in corde meo. Iesus quoque filius Sirach dicit:

'Iniquitatem agonizare' pro anima tua, et usque ad mortem certa pro § 135
iniquitatem. Sanctus namque Gordius dicit: Testis falsus, et is qui vera
reticet, prope idem sunt; adhauc peius est testis falsus, qui ledit, quam
qui veritatem testificari nolit; nam ille malignus est, iste inutilis.
Ego itaque, ut dixi cepi, neminem accusare vel ad iudicium trahere
nitur, sed veritatem, quam in scripturis legere potui, interrogantibus
praesentibus per veram vocem, absentibus vero per litteram replicare
curabo, ne talentum, quod meae parvitati creditum est, defossam
ris, et ab eo, qui talenta confert, distrahens parvas. Alioquin
incassum sancti doctores hos libros efficere studuerunt, si reci-
tandi non sunt, et eorum veritas afferenda non est, maxime
interrogantibus, quis hoc vel falsum dogmatizare audeat. Pre-
terea quod ea eisdem capitulis obire voluisti, ut ecclesiae
pastor non sit arguendus a fidelibus, nisi in fide erraverit.
Quis non videat, quod ipse te tuo gladio interficiat? Ego quidem nemi-
nem arguere quæro; sed si me quisquam iterum baptizare volu-
erit, erras in fide, an non? Manifestum est, quia erras; ac per
hoc sine dubio in spiritu sancto erras, per quem omnia ecclesiae
sacramenta sanctificantur, et credentes baptismo purificantur, et
omnesque ordines, per quos ipsa fides percipitur, instituuntur. † Et revera